

CAPÍTULO IV.

Lisandro, engañado por Farnabazo, se acusa á sí mismo entregando á los éforos un escrito sustituido en lugar de otro que habia pedido para acreditar su buen proceder.

Atque hoc loco non est prætereundum factum Pharnabazi¹, satrapis regii². Nam quum Lysander, præfectus classis, in bello multa crudeliter avarèque fecisset, deque his rebus suspicaretur ad cives suos esse perlatum, petiit a Pharnabazo ut ad ephoros sibi testimonium daret, quantâ sanctitate³ bellum gessisset, sociosque tractasset, deque eâ re accuratè scriberet: magnam enim ejus auctoritatem in eâ re futuram. Huic ille liberaliter pollicetur: librum gravem multis verbis⁴ conscripsit, in quo summis eum effert laudibus. Quem quum legisset probassetque, dum obsignatur⁵, alterum pari magnitudine, tantâ similitudine ut discerni non posset, signatum subjecit⁶, in quo accuratissimè ejus avaritiam perfidiamque accusarat. Hinc Lysander domum quum rediisset, postquam de suis rebus gestis apud maximum magistratum⁷, quæ voluerat, dixerat, testi-

¹ Pharnabazi. Natural de Creta.

² Satrapis regii. Sátrapa ó general del rey de Persia.

³ Quantâ sanctitate. Con cuanta rectitud.

⁴ Librum gravem multis verbis. Una atestacion ó certificacion muy difusa.

⁵ Dum obsignatur. Al sellarla.

⁶ Signatum subjecit. Puso en su lugar otra ya sellada.

⁷ Maximum magistratum. El magistrado supremo.

monii loco librum a Pharnabazo datum tradidit. Hunc, summoto¹ Lysandro, quum ephori cognoscent, ipsi legendum dederunt. Ita ille imprudens² ipse suus fuit accusator.

VII.

ALCIBÍADES,

HIJO DE CLINIA, ATENIENSE.

CAPÍTULO I.

Origen y carácter de Alcibiades.

Alcibiades, Cliniaë filius, Atheniensis. In hoc natura, quid efficere possit, videtur experta³. Constat enim inter omnes qui de eo memoria prodiderunt, nihil illo fuisse excellentius⁴ vel in vitiis vel in virtutibus. Natus in amplissimâ civitate, summo genere, omnium ætatis suæ multò formosissimus, ad omnes res aptus, consiliique plenus. Namque imperator fuit summus et mari et terrâ; disertus, ut in primis dicendo valeret: quòd tanta erat commendatio oris atque orationis⁵, ut nemo ei dicendo posset resis-

¹ Summoto. Haciéndole salir, retirar.

² Imprudens. Sin saber lo que se hacia.

³ Videtur experta. Parece hizo prueba.

⁴ Excellentius. Mas extremado.

⁵ Commendatio oris atque orationis. La majestad de su semblante y su elocuencia.

tere; dives; quum tempus posceret, laboriosus, patiens, liberalis, splendidus non minùs in vitâ quàm victu⁴; affabilis, blandus, temporibus callidissimè inserviens. Idem, simul ac se remiserat, nec causa suberat quare animi laborem perferret², luxuriosus⁵, dissolutus, libidinosus, intemperans reperiebatur, ut omnes admirarentur in uno homine tantam esse dissimilitudinem, tamque diversam naturam⁴.

CAPÍTULO II.

Su educacion.

Educatus est in domo Periclis⁵ (privignus enim ejus fuisse dicitur)⁶, eruditus a Soerate. Socerum habuit Hipponicum, omnium græcâ linguâ loquentium ditissimum⁷: ut, si ipse fingere vellet, neque plura bona reminisci, neque majora posset consequi, quàm vel fortuna vel natura tribuerat.

⁴ *Non minùs in vitâ quàm victu.* No menos en su regular modo de vivir que en su mesa.

² *Animi laborem perferret.* De atarearse.

⁵ *Luxuriosus.* Ostentoso.

⁴ *Tamque diversam naturam.* Y unas inclinaciones tan encontradas.

⁵ *Periclis.* Este Pericles, hijo de Jampes y de Agarifa, fué célebre filósofo y famoso orador en Atenas, y no menos estimado en la pericia militar.

⁶ *Privignus.* Entenado de Pericles, aunque algunos lo dudan.

⁷ *Græcâ linguâ loquentium ditissimum.* El mas elocuente de los Griegos: otros leen *disertissimum* en lugar de *ditissimum*.

CAPÍTULO III.

Alcibiades, nombrado general de las tropas enviadas contra Siracusa, inspira sospechas á sus conciudadanos. (Año 1º. de la olimpiada xci, 416 antes de J. C.)

Bello peloponnesio, hujus consilio atque auctoritate Athenienses bellum Syracusanis indixerunt: ad quod gerendum ipse dux delectus est. Duo præterea collegæ⁴ dati, Nicias et Lamachus. Id quum appareretur, priùs quàm classis exiret, accidit ut unâ nocte omnes Hermæ², qui in oppido erant Athenis, dejicerentur, præter unum qui ante januam Andocidis erat: itaque ille postea Mercurius Andocidis³ vocitatus est. Hoc quum appareret non sinè magnâ multorum consensione esse factum, quòd non ad privatam, sed ad publicam rem pertineret, magnus multitudini timor est injectus, ne qua reptina vis in civitate existeret, quæ libertatem opprimeret populi. Hoc maximè convenire in Alcibiadem videbatur, quòd et potentior et major quàm privatus existimabatur: multos enim liberalitate

⁴ *Collegæ.* Colegas ó asociados, para que no fuese absoluta la autoridad de Alcibiades.

² *Hermæ.* Las estatuas de Mercurio. *Hermæ* viene de una palabra griega, que significa *interpretacion*. El mismo Mercurio, por ser nuncio ó intérprete de los dioses, se llamaba *Hermes*.

³ *Mercurius Andocidis.* Llamado así del nombre de Andócides, uno de los diez famosos oradores de Grecia, cuyas vidas escribió Plutarco.

devinxerat, plures etiam operâ forensi suos reddiderat¹. Quare fiebat ut omnium oculos, quotiescumque in publicum prodisset, ad se converteret, neque ei par quisquam in civitate poneretur. Itaque non solum spem in eo habebant maximam, sed etiam timorem, quòd et obesse plurimum et prodesse poterat. Aspergebatur etiam infamiâ², quòd in domo suâ facere mysteria³ dicebatur (quod nefas erat more Atheniensium); idque non ad religionem, sed ad conjurationem pertinere existimabatur.

CAPÍTULO IV.

Alcibiades es llamado á Atenas. En el camino se escapa de las manos de los que le acompañan, y se refugia en Tebas. Razon con que se excusa de tomar las armas contra su patria. (Año 2 de la olimpiada xci, 445 antes de J. C.)

Hoc crimine in concione ab inimicis compellabatur. Sed instabat tempus ad bellum proficiscendi. Id ille intuens, neque ignorans civium suorum consuetudinem, postulabat ut, si quid de se agi vellent, potiùs de præsentem quæstio haberetur⁴, quàm absens invidiæ crimine accusaretur⁵. Inimici verò ejus, quies-

¹ *Operâ forensi suos reddiderat.* Los habia ganado defendiendo sus causas.

² *Aspergebatur etiam infamiâ.* Era tambien tachado.

³ *Facere mysteria.* Tener juntas secretas de religion. Estas juntas nocturnas de Alcibiades se tenian á honra de Cères.

⁴ *Quæstio haberetur.* Se le hiciese su proceso.

⁵ *Quàm absens invidiæ crimine accusaretur.* Que el que en ausencia le hiciesen carros nacidos do sola envidia.

endum in præsentem¹, quia noceri non posse² intelligebant, et illud tempus exspectandum decreverunt quo exisset, ut sic absentem aggredierentur; itaque fecerunt. Nam, postquam in Siciliam eum pervenisse crediderunt, absentem, quòd sacra violasset, reum fecerunt³. Quà de re quum ei nuntius a magistratu in Siciliam missus esset, ut domum ad causam dicendam rediret, essetque in magnâ spe provinciæ bene administrandæ⁴, non parere noluit, et in triremem, quæ ad eum deportandum erat missa, ascendit. Hac Thurios⁵ in Italiam pervectus, multa secum reputans de immoderata civium suorum licentiâ crudelitateque erga nobiles, utilissimum ratus impendentem evitare tempestatem, clam se a custodibus subduxit, et inde primùm Elidem⁶, deinde Thebas⁷ venit. Postquam autem se capitis damnatum, bonis publicatis, audivit, et (id quod usu venerat) Eumolpidas⁸ sacerdotes a populo coactos ut se devo-

¹ *Quiescendum in præsentem.* Que de presente no se habia de entablar la causa.

² *Noceri non posse.* No se le podia hacer tiro.

³ *Quòd sacra violasset, reum fecerunt.* Le acusaron de sacrilegio.

⁴ *Provinciæ bene administrandæ.* De salir bien con su empresa.

⁵ *Thurios.* Ciudad en el golfo de Taranto.

⁶ *Elidem.* Ciudad del Peloponeso.

⁷ *Thebas.* Ciudad que fué capital de Beocia.

⁸ *Eumolpidas.* Sacerdotes de Cères, llamados asi de Eumolpo, que fué el primero de ellos.

verent¹, ejusque devotionis², quò testator esset memoria, exemplum, in pillà lapideà incisum, esse positum in publico, Lacedæmonem demigravit. Ibi (ut ipse prædicare consueverat) non adversus patriam, sed inimicos suos bellum gessit, quòd iidem hostes essent civitati: nam, quum intelligerent se plurimum prodesse posse reipublicæ, ex eà eiecisse, plusque iræ suæ quàm utilitati communi paruisse. Itaque hujus consilio Lacedæmonii cum Persarum rege amicitiam fecerunt; deinde Deceliam³ in Attica munierunt, præsidioque perpetuo ibi posito, in obsidione Athenas tenuerunt. Ejusdem operà Ioniam⁴ a societate averterunt Atheniensium: quo facto, multò superiores⁵ bello esse cœperunt.

CAPÍTULO V.

Alcibiades, sospechoso á los Lacedemonios, se acoge á la protección de Tisafernes, y se reconcilia con el ejército de los Atenienses. (Año 4.º de la olimpiada xciii, 408 antes de J. C.)

Neque verò his rebus tam amici Alcibiadi sunt facti, quàm timore ab eo alienati. Nam, quum acerimi viri præstantem prudentiam in omnibus rebus

¹ *Se devoverent.* A que le maldijesen. Uno de los oficios de estos sacerdotes era echar maldiciones á los sacrilegos.

² *Devotionis.* De esta especie de anatema.

³ *Deceliam.* Ciudad, la cual, bien fortificada, cortaba á Atenas los víveres y el comercio por tierra.

⁴ *Ioniam.* Provincia ó país del Asia menor.

⁵ *Superiores.* Los Lacedemonios.

cognoscerent, pertimuerunt ne, caritate patriæ ductus¹, aliquando² ab ipsis descisceret, et cum suis in gratiam rediret: itaque tempus ejus interficiendi quærere instituerunt. Id Alcibiadi diutius celari non potuit: erat enim eà sagacitate, ut decipi non posset, præsertim quum animum attendisset ad cavendum³. Itaque ad Tissaphernem, præfectum regis Darii⁴, se contulit. Cujus quum in intimam amicitiam pervenisset, et Atheniensium, malè gestis in Sicilia rebus, opes senescere⁵, contra Lacedæmoniorum crescere videret, initio cum Pisandro prætore⁶, qui apud Samum⁷ exercitum⁸ habebat, per internuntios⁹ colloquitur, et de reditu suo facit mentionem¹⁰: erat enim eodem, quo Alcibiades, sensu, populi potentiæ non amicus, et optimatum fautor¹¹. Ab hoc destitutus, primùm per Thrasybulum¹², Lyci filium, ab exercitu recipitur, prætorque fit apud Samum. Post,

¹ *Caritate patriæ ductus.* Llevado del amor á la patria.

² *Aliquando.* Al cabo.

³ *Quum animum attendisset ad cavendum.* Cuando ponía cuidado en estar sobre sí.

⁴ *Darii.* Darío, segundo hijo de Artajerjes Longimano.

⁵ *Senescere.* Decaer, flaquear.

⁶ *Prætor.* General, comandante.

⁷ *Samum.* Isla cercana á Éfeso.

⁸ *Exercitum.* De los Atenienses.

⁹ *Internuntios.* Interlocutores, terceros.

¹⁰ *De reditu suo facit mentionem.* Hace proposiciones de volver, mueve pláticas de reconciliacion.

¹¹ *Optimatum fautor.* Del partido de la nobleza.

¹² *Per Thrasybulum.* Por los buenos oficios ó negociacion de Trasibulo.

suffragante Theramene¹, populiscito² restituitur, parique absens imperio³ præficitur simul cum Thrasibulo et Theramene. Horum in imperio, tanta commutatio rerum facta est, ut Lacedæmonii, qui paulò antè victores viguerant, perterriti pacem peterent. Victi enim erant quinque præliis terrestribus, tribus navalibus, in quibus ducentas naves triremes⁴ amiserant, quæ captæ in hostium venerant potestatem. Alcibiades simul cum collegis receperat Ioniam, Hellespontum, multas præterea urbes græcas, quæ in orâ⁵ sitæ sunt Asiæ, quarum expugnaverant complures; in his Byzantium⁶. Neque minùs multas consilio ad amicitiam adjunxerant, quòd in captos clementiâ fuerant usi. Inde, prædâ onustis, locupletato exercitu, maximis rebus gestis, Athenas venerunt.

CAPÍTULO VI.

Acogida que hacen los Atenienses á Alcibiades : se le devuelven todos sus bienes y honores.

His quum obviâ universa civitas in Piræum⁷

¹ *Suffragante Theramene.* A influjo de Teramenes.

² *Populiscito.* Por acuerdo ó determinacion del pueblo.

³ *Parique . . . imperio.* Con igual autoridad.

⁴ *Naves triremes.* Galeras, por los tres órdenes de remos que tenian.

⁵ *In orâ.* En la costa.

⁶ *Byzantium.* Ciudad de Tracia, hoy Constantinopla. Algunos son de parecer que no fué tomada por fuerza, sino por inteligencia secreta que en ella tenia Alcibiades.

⁷ *Piræum.* Puerto célebre, que fabricó en Atenas Temistocles. Otros leen *Piræum*,

descendisset, tanta fuit omnium expectatio visendi Alcibiadis¹, ut ad ejus triremem vulgus conflueret, proinde ac si solus advenisset. Sic enim populo erat persuasum, et adversas superiores, et præsentis secundas res accidisse ejus operâ². Itaque et Siciliae amissum³, et Lacedæmoniorum victorias culpæ suæ tribuebant, quòd talem virum e civitate expulissent; neque id sinè causâ arbitrari videbantur. Nam, postquam exercitui præesse cœperat, neque terrâ neque mari hostes pares esse potuerant⁴. Hic ut navì egressus est, quamquam Theramenes et Thrasibulus eisdem rebus præfuerant, simulque venerant in Piræum, tamen illum unum omnes prosequiebantur⁵; et, id quod nunquam antea usu venerat, nisi Olympiæ victoribus, coronis aureis æneisque⁶ vulgò⁷ donabatur. Ille lacrymans, talem benevolentiam civium suorum accipiebat, reminiscens pristini temporis acerbiter. Postquam Astu venit, concione advocatâ, sic verba fecit, ut nemo tam ferus fuerit, quin ejus casum lacrymarit, inimicumque his se ostend-

¹ *Tanta fuit omnium expectatio visendi Alcibiadis.* Fue tanta en todos la ansia de ver á Alcibiades.

² *Accidisse ejus operâ.* Que él habia sido el autor.

³ *Siciliæ amissum.* La pérdida de Sicilia.

⁴ *Pares esse potuerant.* Les pudieron hacer frente.

⁵ *Prosequiebantur.* Le proclamaban ó vitoreaban.

⁶ *Æneisque.* No se halla razon de que hubiesen usado antes las coronas de bronce de que aquí habla Nepote, y aun por eso algunos en lugar de *æneisque* leen *tæniisque*. *Tæniis* significan las bandas, cintas, ó listones con que se adornaban la cabeza.

⁷ *Vulgò.* A cada paso, sin cesar, á porfía.

derit, quorum operâ patriâ pulsus fuerat : proinde ac si alius populus, non ille ipse qui tum flebat, eum sacrilegii damnasset. Restituta ergo huic sunt publicè bona, iidemque illi Eumolpidæ sacerdotes rursus resacrare¹ sunt coacti, qui eum devoverant; pilæque illæ, in quibus devotio² fuerat scripta, in mare præcipitata.

CAPÍTULO VII.

Alcibiades se atrae de nuevo la enemistad de los Atenenses. Su expedición á Tracia.

Hæc Alcibiadi lætitia non nimis fuit diuturna. Nam, quum ei omnes essent honores decreti³, totaque respublica domi bellique tradita⁴, ut unius arbitrio gereretur, et ipse postulasset ut duo sibi collegæ darentur Thrasybulus et Adimantus, neque id negatum esset, classe in Asiam profectus, quòd apud Cymen⁵ minùs ex sententiâ rem gesserat⁶, in invi-

¹ *Resacrare.* Levantar el anatema, retractar las imprecaciones, restituírle al derecho de asistir á los sacrificios.

² *Devotio.* La imprecacion.

³ *Decreti.* Concedidos.

⁴ *Totaque respublica domi bellique tradita.* Todo el gobierno civil y militar puesto en sus manos.

⁵ *Cymen.* Ciudad de la Eolia : es *Cyme*, *Cymes*. Llábase también *Cuma*, *Cumæ*.

⁶ *Minùs ex sententiâ rem gesserat.* No le salió la empresa segun la habia proyectado. La culpa la tuvo cierto Antioco, que atacó la armada enemiga contra la órden de Alcibiades, que estaba ausente para hacer una correría.

diam recidit. Nihil enim eum non efficere posse dicebant : ex quo fiebat, ut omnia minùs prosperè gesta ejus culpæ tribuerent, quum eum aut negligenter aut malitiosè¹ fecisse loquerentur, sicut accidit : nam corruptum a rege, capere Cymen noluisse arguebant. Itaque huic maximè putamus malo² fuisse nimiam opinionem³ ingenii⁴ atque virtutis⁵ : timebatur enim non minùs quàm diligebatur, ne, secundâ fortunâ magnisque opibus elatus, tyrannidem concupisceret⁶. Quibus rebus factum est ut absentem magistratum abrogarent⁷, et alium in ejus locum substituerent. Id ille ut audivit, domum reverti noluit, et se Pactyen⁸ contulit; ibique tria castella communivit, Bornos, Bisanthen, Neontichos; manumque collectâ, primus Græciæ⁹ in Thraciam introiit, gloriosius existimans barbarorum prædâ locupletari quàm Graiorum. Quâ ex re¹⁰ creverat quum famâ,

¹ *Malitiosè.* Con doblez.

² *Itaque huic maximè putamus malo, etc.* Juzgamos que la causa que principalmente influyó en esta desgracia, fué, etc.

³ *Opinionem.* El concepto.

⁴ *Ingenii.* De su habilidad.

⁵ *Virtutis.* De su valor.

⁶ *Tyrannidem concupisceret.* Aspirase á la soberanía ó á un poder absoluto.

⁷ *Absenti magistratum abrogarent.* Le quitaron el mando estando ausente.

⁸ *Pactyen.* Ciudad en el Quersoneso, hácia la Propóntide.

⁹ *Primus Græciæ.* El primer griego. Este modo de hablar de Nepote es poco usado.

¹⁰ *Quâ ex re.* Con esta empresa, en esta expedición.

tum opibus, magnamque amicitiam sibi cum quibusdam regibus Thraciæ pepererat.

CAPÍTULO VIII.

Alcibiades sirve en cuanto puede á sus conciudadanos. Batalla de Egos-Potamos. (Año 4 de la olimpiada xciii, 405 antes de J. C.)

Neque tamen a caritate patriæ potuit recedere. Nam, quum apud Ægos flumen⁴, Philocles, prætor Atheniensium, classem constituisset² suam, neque longè abesset Lysander, prætor Lacedæmoniorum, qui in eo erat occupatus⁵ ut bellum quàm diutissimè duceret⁴, quòd ipsis⁵ pecunia a rege⁶ suppeditabatur, contrà Atheniensibus exhaustis, præter arma et naves nihil erat super⁷, Alcibiades ad Atheniensium venit exercitum, ibique, præsentè vulgo, agere cœpit⁸, si vellent, se coacturum Ly-

⁴ Apud Ægos flumen. A la desembocadura del Egos.

² Classem constituisset. Tenia su armada á la áncora ó la ancla.

⁵ Qui in ero erat occupatus. Que no tenia otra mira.

⁴ Ut bellum quàm diutissimè duceret. Que el hacer durar la guerra lo mas que pudiese.

⁵ Iphis. A los Lacedemonios.

⁶ A rege. El rey de Persia, de quien Lisandro habia alcanzado una grande suma de dinero para la manutencion de su armada.

⁷ Nihil erat super. La figura anástrofe, en que se pospone la preposicion.

⁸ Agere cœpit. Empezó á decir.

sandrum aut dimicare aut pacem petere; Lacedæmonios eò nolle confligere classe, quòd pedestribus copiis⁴ plus quàm navibus valerent; sibi autem esse facile Seuthen, regem Thracum, deducere, ut eos² terrà depelleret: quo facto, necessariò aut classe conflicturos, aut bellum composituros⁵. Id etsi verè dictum Philocles animadvertebat, tamen postulata facere noluit, quòd sentiebat⁴ se, Alcibiade recepto, nullius momenti apud exercitum futurum, et, si quid secundi evenisset, nullam in eà re suam partem fore; contra ea, si quid adversi accidisset, se unum ejus delicti futurum reum. Ab hoc discedens Alcibiades: « Quoniam, inquit, victoriæ patriæ repugnans, illud moneo, juxta hostes castra habeas nautica⁵; periculum est enim ne immodestià militum nostrorum⁶ occasio detur Lysandro nostri opprimendi exercitús. » Neque ea res illum fe-

⁴ Pedestribus copiis. Fuerzas de tierra.

² Eos. Los Lacedemonios.

⁵ Bellum composituros. Que pondrian fin á la guerra con una buena composicion.

⁴ Sentiebat. Echaba de ver.

⁵ Juxta hostes castra habeas nautica. Ten un convoy avanzado que observe de cerca al enemigo. Otros son de parecer que castra nautica eran á la letra unas trincheras ó trabajos hechos dentro del mar, clavando vigas puntiagudas, y amarrando á ellas algunas naves de carga. Añadian un foso abierto en la costa á la lengua del agua, defendido de un parapeto. Entre estas dos trincheras quedaba cubierta la armada.

⁶ Immodestià militum nostrorum. Por falta de disciplina de los nuestros.

fellit. Nam Lysander, quum per speculatores comperisset vulgum Atheniensium in terram prædatum exisse, navesque pene inanes¹ relictas, tempus rei gerendæ non dimisit², eoque impetu totum bellum delevit³.

CAPÍTULO IX.

Alcibiades, privado de la esperanza de volver á su patria, se va á encontrar á Farnabazo, el cual le protege.

At Alcibiades, victis Atheniensibus, non satis luta eadem loca sibi arbitratus, penitus⁴ in Thraciam se supra Propontidem⁵ abdidit, sperans ibi facillimè suam fortunam⁶ oculi posse; sed falsò⁷. Nam Thracæ, postquam eum cum magnâ pecuniâ venisse senserunt, insidias ei fecerunt; qui ea quæ apporatarat abstulerunt, ipsum capere non potuerunt. Ille cernens nullum locum sibi tutum in Græciâ, propter potentiam Lacedæmoniorum, ad Pharnabazum⁸ in Asiam transit. Quem quidem adeo suâ cepit huma-

¹ Pene inanes. Casi sin tripulacion.

² Non dimisit. No perdió.

³ Eoque impetu totum bellum delevit. Dió fin á la guerra con una accion decisiva, con una victoria completa.

⁴ Penitus. Otros leen penitiús. Mas tierra adentro.

⁵ Supra Propontidem. Mas allá de la Propóntide, ó mar de Mármara.

⁶ Suam fortunam. Su caudal.

⁷ Falsò. Lesalió al revés.

⁸ Pharnabazum. Sátrapa del rey de Persia en la Frigia, provincia del Asia menor. Los Persas llamaban sátrapas á los gobernadores de las provincias.

nitatè¹, ut eum² nemo in amicitia antecederet. Namque ei Grunium dederat, in Phrygiâ castrum³, ex quo quinquaginta talenta vectigalis capiebat⁴. Quâ fortunâ Alcibiades non erat contentus, neque Athenas victas Lacedæmonis servire poterat pati. Itaque ad patriam liberandam omni ferebatur cogitatione⁵. Sed videbat id sine rege Persarum⁶ non posse fieri, ideoque eum amicum sibi cupiebat adjungi. Neque dubitabat facilè se consecuturum, si modò ejus conveniendi habuisset potestatem. Nam Cyrum⁷ fratrem ei bellum clam parare, Lacedæmonis adjuvantibus, sciebat. Id si ei aperuisset⁸, magnam se initurum gratiam⁹ videbat.

¹ Adeo sua cepit humanitate. Le ganó tanto con su cortesania.

² Eum. Alcibiades.

³ Grunium dederat, in Phrygiâ castrum. Le hizo donacion del castillo de Grunio en la Frigia.

⁴ Ex quo quinquaginta talenta vectigalis capiebat. El cual le valia cincuenta talentos de renta. Cada talento pesaba ciento y veinte libras romanas. La explicacion del talento ático es cosa proliza: cada talento ático se puede reputar como dos mil doscientos y cuarenta reales de vellon de nuestra moneda.

⁵ Omni ferebatur cogitatione. Todos sus pensamientos estaban puestos, su único pensamiento era.

⁶ Sine rege Persarum. Sin que pusiera la mano, sin que entrara en ello el rey de Persia. Éralo entonces Artajerjes, hijo de Darío.

⁷ Cyrum. Hermano de Artajerjes, hijo de Darío.

⁸ Si ei aperuisset. Si le descubria.

⁹ Magnam se ab eo initurum gratiam. Que le haria un

CAPÍTULO X.

Alcibiades es asesinado por disposicion de Farnabazo á instancias de Lisandro. (Olimpiada xci, 404 antes de J. C.)

Hæc quum moliretur, peteretque a Pharnabazo ut ad regem mitteretur, eodem tempore Critias ceterique tyranni Atheniensium certos homines ad Lyandrum in Asiam miserunt, qui eum certiore facerent, nisi Alcibiadem sustulisset, nihil earum rerum fore ratum, quas ipse Athenis constituisset: quare, si suas res gestas manere vellet, illum persequeretur. His Lacon⁴ rebus commotus, statuit accuratius sibi agendum cum Pharnabazo. Huic ergo renuntiat, quæ regi cum Lacedæmoniis essent, irrita futura, nisi Alcibiadem vivum aut mortuum tradidisset. Non tulit hoc⁵ satrapes, et violare clementiam⁵, quàm regis opes minui, maluit. Itaque misit Sysamithren⁴ et Bagoam⁵ ad Alcibiadem interficiendum, quum ille esset in Phrygiâ, iterque ad regem pararet. Missi⁶, clam vicinitali, in quâ tum Alcibiades

importante servicio, ó que alcanzaria mucha cabida en su valimiento.

⁴ *Lacon*. Lisandro, lacedæmonio.

⁵ *Non tulit hoc*. No tuvo valor.

⁵ *Violare clementiam*. Faltar á la piedad.

⁴ *Sysamithren*. Tio, segun algunos, de Farnabazo.

⁵ *Bagoam*. Algunos juzgan que Bageo ó Bagoa en lengua persiana significa eunuco, porque se valian de los eunuocos para los asesinatos.

⁶ *Missi*. Los emisarios.

erat, dant negotium¹ ut eum interficiant. Illi, quum eum ferro aggredi non auderent, noctu ligna contulerunt circa casam eam in quâ quiescebat, eamque succenderunt, ut incendio conficerent quem manu superari posse diffidebant. Ille autem, ut sonitu flammæ est excitatus, etsi gladius ei erat subductus², familiaris sui subalare telum³ eripuit: namque erat cum eo quidam ex Arcadiâ hospes, qui nunquam discedere voluerat. Hunc sequi se jubet, et id quod in præsentia vestimentorum fuit, arripit; his in ignem ejectis, flammæ vim transiit. Quem ut barbari incendium effugisse viderunt, telis eminus missis interfecerunt, caputque ejus ad Pharnabazum retulerunt. At mulier, quæ cum eo vivere consueverat, muliebri suâ veste contactum, ædificii incendio mortuum cremavit, quod ad vivum interimendum erat comparatum. Sic Alcibiades, annos circiter quadraginta natus, diem obiit supremum.

CAPÍTULO XI.

Alcibiades vituperado y colmado de elogios.

Hunc infamatum a plerisque⁴, tres gravissimi

¹ *Vicinitali, in qua tum Alcibiades erat, dant negotium*. Hacen el encargo á los que vivian cerca de Alcibiades en la vecindad.

² *Etsi gladius ei erat subductus*. Aunque le habian quitado la espada sin que lo conociese.

³ *Subalare telum*. Puñal ú otra arma corta que se solia llevar debajo del brazo. *Subalare* viene de *sub alâ*.

⁴ *Infamatum a plerisque*. Lisias escribió contra Alcibiades

historici summis laudibus extulerunt: Thucydides⁴, qui ejusdem ætatis fuit; Theopompus⁵, qui fuit post aliquantò natus; et Timæus⁶: qui quidem duo maledicentissimi, nescio quo modo, in illo uno laudando consenserunt. Nam ea, quæ suprâ diximus, de eo prædicarunt, atque hoc ampliùs, quum Athenis splendidissimâ civitate natus esset, omnes Athenienses splendore ac dignitate vitæ superasse; postquam inde expulsus Thebas venerit, adeo studiis eorum inservisse⁷, ut nemo eum labore corporisque viribus posset æquiparare. Omnes enim Bœotii⁸

una declamacion muy fuerte. Contra él escribieron los poetas Éupolis y Ferecrates; y mas que todos le mordió Antifon, quien escribió un libro que no es mas que una serie de injurias contra Alcibiades.

⁴ *Thucydides*. Natural de Atenas, que escribió la historia de la guerra del Peloponeso. Historiador muy estimado, cuyos libros trasladó siete ú ocho veces de mano propia Demóstenes, y aprendió de memoria mucha parte de ellos.

⁵ *Theopompus*. Orador é historiador, discípulo de Isócrates, natural de la isla de Quio. Llevó el premio entre todos los oradores que convocó Artemisa para celebrar á Mausolo. Gastaba su dinero en averiguar las mas ocultas acciones de aquellos contra quienes escribia. Sus escritos, que ya perecieron, le hicieron muy odioso.

⁶ *Timæus*. Siciliano, natural de Toarmina. Sus obras, que tambien han perecido, fueron estimadas. Fué muy vano, y tan pagado de sí mismo, que se preciaba de ser el mayor de los escritores.

⁷ *Adeo studiis eorum inservisse*. Que se hizo tanto á sus genios.

⁸ *Bœotii*. Tebas estaba en la Beocia. Los Tebanos ó Beo-

magis firmitati corporis, quàm ingenii acumini, inserviunt. Eundem apud Lacedæmonios, quorum moribus summa virtus in patientiâ¹ ponebatur, sic duritiæ² se dedisse, ut parsimoniâ³ victûs atque cultûs omnes Lacedæmonios vinceret. Fuisse apud Thracas, homines vinolentos; hos quoque in hac re antecessisse. Venisse ad Persas, apud quos summa laus esset fortiter venari, luxuriosè vivere; horum sic imilatam consuetudinem, ut illi ipsi eum in his maximè admirarentur. Quibus rebus effecisse ut, apud quoscumque esset, princeps poneretur⁴, habereturque carissimus. Sed satis de hoc; reliquos ordiamur.

VIII.

TRASÍBULO,

HIJO DE LICO, ATENIENSE.

CAPÍTULO I.

Trasíbulo, célebre por su valor, liberta á su patria de los treinta tiranos. (Año 5 de la olimpíada xciii, 402 antes de J. C.)

Thrasylulus, Lyci filius, Atheniensis. Si per se virtus sine fortunâ ponderanda sit, dubito an hunc

cios se preciaban poco de ingeniosos, y mucho de forzudos.

¹ *Inpatientia*. En el aguante ó tolerancia.

² *Duritie*. Al rigor.

³ *Parsimonia*. Templanza.

⁴ *Princeps poneretur*. Se llevase la primacia.